

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CCXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CCXXII.

ABBATIS WEISSENBURGENSIS LITERÆ QUIBUS
 OPPIDUM CUPPENHEIM PRO VENDITO VICO MALSCH
 A MARCHIONE BADENSI FRIDERICO SIBI IN
 FEUDUM OBLATUM TESTATUR.

A N N O M C C C X V I I I

Ex tabulario Bada-Darlacensi.

NOS WILHELMUS Dei gratia Abbas, totusque Conventus Monasterii in Wiszenburg, Ordinis sancti Benedicti, Spirensis Dyocesis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Tenore presencium publice profitemur, quod nobilis vir Dominus *Fridericus* Dei gratia *Marchio de Baden* ciuitatem siue opidum in Cuppenheim ad eum jure proprietatis pertinentem, nobis nomine nostri Monasterii resignauit & jus ac proprietatem ejusdem ciuitatis siue opidi in nostrum Monasterium irreuocabiliter transtulit cum omni jure, quo dictam ciuitatem siue opidum antea possidebat & nos eundem ciuitatem seu opidum sibi & heredibus suis contulimus & attestatione presencium conferimus tytulo feodali, & quia sic indemnitati nostri Monasterii sufficienter est prouisum, consensimus & permisimus, permittimus & concedimus per presentes, quod dictus Marchio villam Malsch cum suis attinenciis, cuius jus & proprietas ad nostrum Monasterium pertinebat & quam ipse à nobis in feodo retinebat, vendat & distrahat & quid-

quid sibi placeat, ordinet pro sue libitu voluntatis, cum jus & proprietatem dicte ville Malsch nostro Monasterio competentes transtulerimus in eundem & in reconpensam Juris & proprietatis concesserimus nobis & date in villa predicta, cum in eundem transferamus presentibus vendicionem eiusdem ville Malsch cum omnibus suis attinenciis factam à predicto domino *Marchione de Baden* Religiosis viris Abbati & Conuentui in Alba Cystericiensis Ordinis predicte Dyocesis spirensis presentibus approbamus, presertim cum ipsa vendicio non sit facta in nostri Monasterii prejudicium & iacturam. In cuius rei rōbur & testimonium perpetuo valiturum Monachis de Alba prelibatis, Sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Datum & actum anno Domini M.CCC.XVIII. feria secunda ante ascensionem Domini.

||
(L. S.)

Nota. Chartam hanc uti sequentem, jam edidit Meichsner, sed vitiosam quoque & mutilatam.